



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Ecclesiasticorum Vita, Moribus, Officiis Libri Tres

Schevichavius, Gisbertus

Mogvntiae, Anno M.DC.XXI.

Cap. LXXX. Qvæ Ratio Modvs Qve Ecclesiasticam conseruandi disciplinam.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42349

CAP. LXXX.

QVÆRATIO MODVS QVE EC-
clesiasticam conseruandi disci-
plinam.

§. Prouidendum Ecclesiæ Antistitibus, ne immoderata humilitas disciplinæ vigorem dissoluat aut relaxet. Docet id D. Gregor. part. 2. Pastor. cap. 6. *Magnanimi Solerter intuentum est, ne dum immoderatus custoditur virtus non pug- tus humilitatis, soluantur iura regiminis, & dum prelatus na: cum hu- quisq; plus se quam decet deiicit, subditorum vitam distringere, militate. sua discipline vinculo non possit. Teueant ergo rectores exterius Modus con- quod pro aliorum utilitate suscipiunt, seruent interius quod de seruandi Ec- clestiasiticam sua estimatione pertimescunt. Sed tamen quibusdam signis de- disciplinam. ceter erumpentibus eos apud se esse humiles etiam subiecti de- prehendant, quatenus & in auctoritate eorum quod formident, videant, & de humilitate, quod imitentur, agnoscant. Studeant igitur sine intermissione qui presunt, vt eorum potentia quanto magna exterius cernitur, tanto apud eos interius deprimatur, ne cogitationem vincat, ne in delectationem sui animam rapiat, ne iam sub se mens eam regere non possit, cui se libidine dominandi supponit. Ne enim presidentis animus ad elationem: impotens do- minatus pra- potestatis sui delectatione rapiatur, recte per quendam sapien- sidi vitan- tem dicitur Eccl. 3. 2. v. 1. Ducem te constituerunt, noli extolli, dus. sed esto in illis quasi vnus ex illis. Hinc tiam Petrus ait 1. Pet. 5. v. 3. Non dominantes in clero, sed forma facta gregi. Hinc per semetipsam veritas ad altiora nos virtutum merita prouocans dicit Matt. 23. v. 25. Scitis quia principes gentium dominantur eorum, & qui maiores sunt, potestatem exercent in eos, non ita erit inter vos, sed quicumq; voluerit inter vos maior fieri, fiat sicut minister: & qui voluerit inter vos primus esse, erit vester seruus, sicut filius hominis non venit ministrari, sed ministrare. Hinc est quod seruum ex suscepto regimine elat. m. qua post*

Supplicia maneat, indicat dicens Mat. 24. v. 48. Quod si dixerit malus ille seruus in corde suo, moram facit Dominus meus venire, & cœperit percutere conseruos suos, manducet autem & bibat cum ebriis, veniet Dominus serui illius in die, qua non sperat, & hora qua ignorat, & diuidet eum, partemq; eius ponet cum hypocritis. Inter hypocritas enim iure deputatur, qui ex simulatione disciplina ministerium regiminis vertit in vsum dominationis. Et tamen nonnunquam grauius delinquitur, si inter peruersos plus aequalitas quam disciplina custoditur. Quia enim falsa pietate superatus ferire Heli delinquentes filios noluit 1. Reg. 2. v. 23. apud districtum Iudicem semetipsum cum filio crudeli damnatione percussit. Hinc namq; diuina voce dicitur 1. Reg. 2. v. 29. Honorasti filios tuos magis quam me. Hinc pastores increpat per Prophetam dicens Ezech. 34. v. 4. Quia fractum est, non alligastis, & quod abiectum fuerat non reduxistis. Abiectum enim reducitur, cum quisq; in culpa lapsus, ad statum iustitia ex pastoralis sollicitudinis vigore reuocatur. Fracturam verò ligamen astringit, cum culpam disciplina deprimat ne plaga vsq; ad interitum defluat, si hanc districtiōnis severitas non coarctat. Sed sepe deterius frangitur, cum fractura incassate colligatur, ita vt grauius scissuram sentiat, si hanc immoderatus ligamenta constringant. Vnde necesse est, vt cum peccati vulnus in subditis corrigendo restringitur, magna se sollicitudine etiam districtor ipse moderetur, quatenus sic iura disciplina contra delinquentes exerceat, vt pietatis viscera non amittat.

Curandum quippe est vt rectorem subditis & matrem pietas, patrem exhibeat disciplina.

Benedictus sit Deus Pater, vnigenitusque Dei Filius, sanctus quoq; Spiritus: quia fecit nobiscum misericordiam suam.

Finis Libri secundi.